

35.

Markgraf Heinrich der Erlauchte befreit Rath und Gemeinde der Stadt Freiberg von der Entrichtung des Wurfzinses, den sie ihm für 50 Mark Silbers abgekauft haben. Dresden, 1281 März 28.

Gedr.: Horn Henricus illustris 348.

Ann.: Das ehemals in Rathsarchiv Freiberg (K. 9) vorhandene Original ist nicht mehr aufzufinden.

5

Heinricus dei gratia Misnensis et Orientalis marchio universis presentem litteram inspecturis notitiam subscriptorum. Quia burgenses et communitas civitatis nostre Vribercensum qui vorfcins vocatur, quem nobis in eadem civitate dare consueverunt, a nobis compararunt pro quinquaginta marcis argenti justo emptionis et venditionis titulo interveniente, nos ipsos de eodem censu, quem nobis dare annis singulis consueverant, dicimus 10 absolutos, ita videlicet quod nec ipsi nec heredes aut successores eorum ad solutionem ejusdem census in posterum teneantur, dantes eis in testimonium presens scriptum sigilli nostri patrocinio communitum. Datum et actum Dresden anno domini M CC LXXXI., quinto kalendas aprilis, presentibus infra scriptis: Heinrico notario nostro plebano in Donin, Heinrico de Syden, Friderico magistro coquine nostre et aliis quam pluribus fide dignis. 15

36.

Markgraf Heinrich der Erlauchte überträgt auf Bitten des Heinrich Becherer das von diesem aufgelassene Patronat über die Marienkapelle dem Hospitale. Dresden, 1282 Juni 17.

Hilshr.: Or. Perg. Rathsarchiv Freiberg K. 35. Fragment des Reitersiegels an Fäden von rother und grüner Seide.

Gedr.: Horn Henricus illustris 349.

Ann.: Vergl. No. 28—30, 32.

20

In nomine domini amen. Heinricus dei gracia Misnensis et Orientalis marchio universis presentem litteram | inspecturis in perpetuum. Tempus preterit et humane simul pretereunt actiones. Ne ergo | ea, que fiunt pie et racionabiliter ab hominibus, labantur cum tempore, eternari solent | obsequio litterarum: Notum igitur esse volumus 25 universis tam presentis quam futuri evi fidelibus, quod, cum Heinricus dictus Becherarius cappellam quandam ob salutem anime sue in hospitali Vriberc construxisset et nomine dotis villam Hildebrandesdorf et quinque talenta in moneta nostra Vriberc, que tenebat a nobis in feodo, donasset liberaliter et assingnasset ad eandem cappellam, que quidem bona ad preces dicti Heinrici nos similiter donavimus dicte cappelle jure proprietatis per- 30 petuo possidenda, nos ad petitionem sepe dicti Heinrici et instanciam diligentem jus patronatus, quod ipse in eadem cappella ex fundacione habebat, post liberam et spontaneam resignacionem dicti juris factam a sepe dicto Heinrico in manus nostras contulimus et adjecimus predicto hospitali in Vriberc, ita ut quicumque sepe dicto hospitali preest vel prefuerit pro tempore, idem jus in presentando seu conferendo, quod sepe dictus 35 Heinricus habebat, in cappella habeat sepe dicta, quocienscumque et quandocumque ipsam vacare continget per resignacionem vel obitum cujuscumque. Ut autem premissa robor optineant perpetue firmitatis, hanc litteram in evidens testimonium dari fecimus